



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Distributiones Quotidianae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

DEROGATIO.

DE clausulis derogatoriis, vide *c. non nullis*, & ibi Doct. de *rescript.* Gom. in *c. 1. à numero 175. de constit. lib. 6. & 9. 5. super reg. Cancell. & Staph. de lit. grat. fol. 184.* & ibi per multa; quando derogatur per clausulam generalem statuto jurato, vide Gomel. in *d. c. n. 186. & quast. 78. de ann. possess.* & hoc nota pro practica quotidiana, quando veniunt Rescripta, seu Bullæ ab Urbe. Præterea, quando Episcopus habet alternativam, & vacat beneficium in mense suo, impetrans nihil impetraret, nisi Papa derogaret alternativæ, & hoc etiam in gratiis expectativis, Gom. de *expect. n. 21. & cap. primo, & cap. cum ordinem, de rescript.* quamvis Papa, seu Legatus concurrat accumulativè cum Ordinariis in quatuor mensibus, quos habent, vel sex, cum acceptatione alternativæ, prout gloss. ubi *supra. num. 14. & infra*, quia illud intelligitur, quando Papa scienter provideret, & hac intentione, ut præjudicet Ordinariis, secus verò in dubio, idem ubi *supra num. 16.* & ita intelligenda sunt, quæ dicit Rebuff. in *titul. de devolut. à num. 44. & infra*, & derogatio facta universali, per verba prægnantia, vel æquipollentia, non derogant foundationi juris patronatus laicorum, nisi in individuo derogetur. Caputaq. *decis. 122.*

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ.

SUMMARIUM.

1. Quid sint.

2. De quibus bonis capi seu constitui debet.
3. Quibus debentur, & quibus non.
4. Quid de illis amissis fieri debeat.
5. Privilegia distributionum qua sint.

AD primum. Distributiones quotidianæ, est quædam portio, compacta, seu constituta ex redditibus Ecclesiasticis, dividenda inter servientes actu divinis officii. Ista descriptio sumitur ex gl. in *c. unico, in ver. receperit, de Cler. non resid. libro 6. & ex Conc. Trid. sess. 21. cap. 3. de reform.* ubi videto, quia ibi habes quomodo constitui debeant, videto etiam *sess. 24. cap. 15. de reform.*

Ad secundum. Videto Conc. Trid. *sess. 22. c. 3. de reform.* ubi habes ex quibus debeant constitui, & fieri, dubitatur an Episcopus possit sumere beneficia simplicia, ut aliquas præbendas pro constituendis istis distributionibus quotidianis, vel tenuibus impinguandis, & videtur quod sic, quia Conc. *loc. cit. id* videtur admittere, quando dicit, *ex proventibus quibuscumque dignitatum, personarum, & officiorum*, tamen in oppositum respondetur per sac. Congreg. *declarat. 333.* in hæc verba: *Nec pro distributionibus quotidianis Canonorum cathedralis vel collegiatae Ecclesie auferendum est quicquam de beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedrali, vel Collegiatam, nisi Ecclesia vel beneficia extra dictam Cathedrali vel Collegiatam existentia essent perpetuo unita præbendis Canoniarum prædictarum Ecclesiarum, à quibus beneficiis extra prædictas Ecclesias, si quid ob eam causam exactum esset, debet restitui, & de cætero ab hujusmodi exactioe absteatur, & ita etiam fuit responsum ab eadem sac. Congr. Archiep.*

chiepiscopo Genuensi in facto.

Ad tertium dico, Primò, quòd istæ distributiones debentur interessentibus divinis officiis, hoc patet ex locis allegatis. Secundò, debentur alicui in dignitate posito, & ratione illius dignitatis habet curam animarum extra civitatem, tamen intra dioccesim, quia dum servit inibi, habetur pro præsentis, Conc. *l. cit. §. qui si alicui*. Similiter, & tantùm magis, si cura esset intra civitatem, à majori ad minus: secus si extra dioccesim, secus etiam, ubi aliter haberet consuetudo, Conc. *l. c. §. hac in iis*. Terriò, Sacerdoti audienti sacras confessiones, vel ministranti alia Sacramenta intra Ecclesiam, vel extra; Conc. *sess. 24. c. 8. in fine de reform.* Quartò, studentibus qui legitimâ licentiâ obtentâ studiorum causa absunt, qui distributiones quotidianas omnes percipere debent, exceptis interitis, & quotidianis proventibus, qui sacris inserviunt, ita *fac. Congr. declar. 239.* Quid si præbendæ non sint distinctæ, sed omnia percipiuntur de communibus, nec datur aliquid illis qui non interfunt horis Canonicis, gl. *in ca. licet de præbend. in fine*, dicit, quòd integrè debeant habere istas distributiones studentes in sacra Theologia, habitâ ratione victus ordinarii, idem Host. *in c. de cetero, de Cler. non resid.* & ibi Innocent. & de his intelligitur dicta declaratoria, alioquin esset contraria *c. licet*, cum multis similibus: & ratio est, quia istæ dicuntur distributiones improprie: cum potius veniant in massam communem, & in fructus beneficii, quia non actu quotidie dividuntur, sed procurator Capit.

seu Collegii exigit illas, & sic exactas dividi inter Canonicos, seu presbyteros, ita Cardin. Parisius *conf. 32. columna quarta*, & gl. *in dicto c. unico*. ampliatur etiam, si iste cumulus distributionum fieret ex elemosynis quotidianis, & in Ecclesia non essent alii fructus, seu redditus, quàm ipsæ quotidianæ distributiones, Abb. *in cap. ultim. de mag. & in c. licet de præb.* Oldradus *conf. 300. num. 2.* & ratio est, quia tunc studentes absentes non lucrantur distributiones quotidianas, quando sunt separatæ à fructibus beneficii, Afflic. *dec. 298.* & ratio rationis est, quia tunc studentes debent esse contenti fructibus solius præbendæ distinctæ. Sextò, debentur infirmis, *c. uni de Cler. non resid. l. 6.* non enim debet addi afflictio afflictio, Abb. *in c. ad audientiam, extra de eo. tit.* & hæc ampliatur, etiam si culpa sua effectus esset ægrotus, ut quia fuit vulneratus, vel incidit in morbum Gallicum, Covar. *lib. 3. c. 23. num. 8. §. 7. vers. resolutionum*, & *lib. 2. cap. 16. num. 9. §. contrariam sententiam*; Franc. & Gemin. *in d. c.* & hoc intellige, si ægrotatet in oppido, seu tetra, ubi est Ecclesia sua, Covar. *ibidem, vers. 8.* similiter de injustè carcerato, si retinetur ubi est Ecclesia sua, Covar. *ibidem, vers. 11.* Hoc fallit primò, in levi infirmitate, nisi esset periculum, quòd gravaretur si horis Canonicis interesset, & gl. *in d. c. unico in vers. infirmitas*, dicit, quòd si talis infirmitas, quæ excusat à celebratione divinorum, per *c. significatum, extra de præbend.* alioquin teneretur ad restitutionem, & sic non excusaret febris quartana, nisi tunc grassaretur, quando

celebrantur horæ Canonicae, Abb. in c. 1. in fine de celeb. miss. sac. Congr. declarat. 267. vide Cardin. in d. cap. ad audientiam, Selva tract. de benef. 4. par. quest. 6. num. 9. versiculo 23. Innoc. Abb. & Felin. in capitulo, transmissio, de rescript. Sylvest. in verb. residentia, circa finem. Fallit secundò, quando, dum erat sanus, parum Ecclesiam frequentabat, Doct. locis cit. Secundò, debentur Clerico agenti negotia Ecclesiae, ca. ex parte, il secundo, de Cler. non resid. Covar. loc. cit. §. 8. Cardin. in Clem. 2. §. primo, de etat. & qual. licet Boer. decis. 17. num. 15. & 16. dicat, quòd non lucretur eas. Tertio debentur clerico injustè carcerato, excommunicato, suspensò, vel exiliato, Felin. in capitulo, Apostolica, num. 12. de except. Calderinus consi. 17. de prab. secus, si culpa sua, vel abesset à civitate causa pestis, quia tunc non gauderet perceptione illarum, Covar. ubi supra, §. 6. n. 10. 11. & 12. quod dixi de studente, fallit, quando essent distinctæ distributiones à præbenda seu canonica, quia tunc etiã per Vicariũ deserviret, nò lucretur eas. Cov. loc. cit. n. 2 nec mortuaria sive funeralia, anniversaria, candelæ, missæ, & hujusmodi commoda deberentur: sed si solum essent in Ecclesia, etiam lucretur ista emolumenta quotidiana: ista patent ex superioribus dictis, & ex d. cap. unico gl. ibi, in verb. receperit, & in ver. manualia, & in ver. vitalia, & gloss. in capitulo licet, declarat. citat. quod dixi de infirmis, & studentibus gaudentibus, fallit, quando se fingunt esse infirmos, seu studentes, & non tales, quia tunc tenerentur ad restitutionem, non aliis, sed iis qui horis illis die-

bus, in quibus illi non recitaverunt, interfuerunt, quibus accrescunt. Navar. capitulo 25. num. 123. notab. quarto. Dec. consi. 177. D. Ant. 3. par. iii. 10. cap. 3. §. fallit in clerico absente causa peregrinationis, etiam de licentia Episcopi, quia tunc percipiet solum fructus grossos. Boer. decis. 17. num. 6. vide Navar. consi. 8. 9. 10. & 11. de cler. non resident. Quando distributiones non sunt distinctæ, sed veniunt in communi, vide Gemin. in c. si. vers. ex his inferitur, de offi. ord. lib. 6. Quo ad secundam partem, quibus non debeantur, regula est, nullos absentes percipere posse istas quotidianas distributiones, nisi in casibus prædictis, nec si serviat quis summo Pontifici, capit. cum dilectus, nec si serviat Episcopo capit. de catero, ca. ad audientiam, de cler. non resid. ca. licet, de prab. nec si serviat Archiepiscopo, nec Cardinali, nec Legato, nec Regi, nec Imperatori, Selva tract. de benef. 4. par. questione 6. per totam, nec excommunicatum, qui etiam nec fructus beneficii facit suos, gl. in ca. preter, 32. dist. Rebuff. præb. benef. in declarat. nova provis. super verba, teque, n. 18. Nec si agat negotia Ecclesiae in aliqua civitate, ut Romæ, vel alibi, vel extra Ecclesiam, text. Gloss. & Gemin. in capitulo cum non deceat, de elec. lib. 6. sed hoc intellige de distributionibus quæ non veniunt in massam communem, quia si solum ibi essent distributiones, hujusmodi perciperet, aliàs nullum esset privilegium absentium ex causa legitima, Gloss. ibi in ver. exceptis.

Primum dubium est: aliquis qui gerit vicem plurium personarum, ut puta Canonici,

nonici, Archidiaconi, Vicarii, &c. an possit accipere plures distributiones quotidianas; & videbatur quòd sic, quia qui plur. functionibus operatur, plures mercedes meretur jure naturæ, tamen oppositum est verius, Ant. in c. olim de re jud. Ratio est, quia servit pro uno, & loco unius habetur. Panor. allegans c. unicum, lib. 6. Fed. conf. 110. Staph. de expect. fol. 13. num. 5. Gom. eo tract. num. 54. & ratio concludens est, quia unus miles non potest sibi plarium stipendia vindicare, cap. quia nonnulli, de cler. non resid. Similiter si haberet dignitatem cum præbenda, unam tantum distributionem accipere potest, non duas. Rebuff. tit. de dispens. ratione aetatis, in ver. Cathedralibus, ver. ult.

Secundum dubium, quia sac. Conc. sess. 21. capit. 1. de reform. statuit, quòd ubi distributiones sunt vel aded tenues, quia verisimiliter negligantur, vel nullæ, ut sumatur tertia pars quorumcumque proventuum, & obtentionum tam dignitatis, quàm canonicatus, &c. dubium est, quid si una dignitas, vel Canonica habet mille aureos, alia quingentum, alia ducentum, & sumatur tertia pars uniuscujusque, an debeant lucrari pariformiter, & æqualiter, an plus minusve pro rata portionis sumptæ, & aggregatæ pro impinguatione, seu constitutione quotidianarum distributionum, circa hoc sac. Congreg. declarat. 337. in hæc verba censuit: *Ille, cui plus est ablatum, de præb. pinguiori, eidem dandum est plus distributionibus quotidianis, prout nihil dandum est eis, quibus nihil ablatum fuit.*

Tertium dubium, num sit idem in amissione, ut quando absunt, debeant

amittere plus, minusve, an æqualiter? Responderetur, quòd sicut in lucrando plus lucrarentur, si adessent, ita plus amittant, si absunt, propter identitatem rationis, & sic decrevit sac. Conc. Trid. sess. 22. capit. 3. in hæc verba: *Quod si quilibet die statuta non impleverint, illius diei distributiones amittant, & relocatorum eadem est disciplina. 8. Physis.*

Ad quartum dico. Primò, quòd istæ distributiones amittuntur seu deperduntur simul totæ, vel in totum, vel pro rata singularum horarum Canonicarum, vel Missæ cantatæ. Responderetur, quòd pro qualibet hora debet fieri portio, ita glof. in Clem. 2. in ver. certis horis, de atat. & qual. & in c. unic. lib. 6. ubi dicit, *Divinis officis, & appellatione divinorum officiorum venit Missa, ca. responso, de sent. excommun. & c. alma mater, eod. tit. lib. 6. Navar. in Manual. de hor. Can. cap. 10. à n. 43. Facit Bull. Pii V. relata à Navar. cap. 25. n. 122. & Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 9. cap. 9. §. Statuimus, & declarat. sac. Congreg. 191.*

Dico secundò, quòd istas distributiones amissas, seu deperditas, sac. Concil. Trid. sess. 22. cap. 7. dicit, non lucrari absentes, sed applicari fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarii, tamen gl. in d. Clem. 2. in ver. pars dimidia, dicit, quòd accrescere debeant interessentibus divinis, idemque videtur confirmare Covar. lib. 3. c. 13. num. 7. var. resol. & videtur confirmari consuetudine aliquarum Ecclesiarum, ut Boneventi in Ecclesia Metropolitana, & duabus collegiatis, quas habet illa civitas, accrescunt interessentibus. *unic. citat. libro 6. renvittit se ad ordinat.*

ordinationem rationabilem factam, seu faciendam cujuslibet Ecclesiæ: sed hoc primò resolvit sac. Congr. in d. declarat. 191. in hæc verba: *Distributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerunt ex tertia parte fructuum, &c. debent assignari non duabus horis, sed etiam omnibus reliquis aliis, & hi, qui non inter fuerunt, distributiones admittant, nec distributiones absentibus ademptæ debent inter presentes dividî, sed fabricæ Ecclesiæ, aut alteri loco pio, arbitrio Ord. debent applicari, & hoc intelligitur de distributionibus detractis ex tertia parte fructuum, dignitatum, &c. prout supra; reliquæ verò distributiones, quas absentes non faciunt suas, debent distribui iis, qui statutis horis interfuerint, & sic ex mente sacre Congr. colligitur concordia sac. Conc. gloss. & dicti capit. unici, libro sexto. sac. enim Conc. loquitur de distributionibus noviter factis, per illa duo decreta ex tertia parte fructuum, dignitatum, prout supra, d. c. gloss. & Doctor. habent locum in distributionibus antiquis, quæ facta sunt ex massa, vel redditibus Ecclesiarum, & idem judicium agendum est de tenuibus impinguis, & hoc deservit pro practica ipsis Ordinariis; nam si volent constituere istas distributiones quotidianas, ad quod tenentur ipso jure per doct. sac. Conc. non permittant perditas ab absentibus, accrescere interessentibus, sed applicari prout supra; & videro Covar. loc. cit. ubi dicit, quòd sit attendenda consuetudo, seu status Ecclesiæ, & quòd tunc accrescunt interessentibus, quando distributiones non sunt distinctæ à fructibus principalibus, cu-*

jusmodi sunt Beneventi. Navar. consi. 3. de solutionibus; & in consi. 26. de celebrat. Miss. dicit, distributiones lucratas ab eo, qui non recitavit horas canonicas, debere restitui interessentibus, quia illis accrescunt; tamen in consi. 3. de verb. sign. dicit concordantiam sumi juxta id, quod nos diximus, nempe, distributiones antiquitus factas ex fructibus communitatis accrescere interessentibus, distributiones verò noviter erectas ex fructibus dignitatum, &c. accrescere fabricæ Ecclesiæ: quod consilium ego vidi in hac secunda editione, facit quod notat Gemin. in cap. fin. notab. 4. ubi dicit, quòd non dispensatus ratione studii habens beneficia, ut absens percipiat quotidianas distributiones, & in notabil. 5. ibidem dicitur, quòd appellatione fructuum beneficiorum, comprehenduntur distributiones quotidianæ, & quòd pro literis beneficialibus debent exprimi pro valore beneficii; ubi satis apparet distributiones esse in duplici differentia, quædam quæ dividuntur in dies interservientibus, & istæ non accrescunt interessentibus, sed applicantur juxta formam sacri Concil. Trident. quædam sunt quæ veniunt in massam communem, & istæ dividuntur inter presentes, & veniunt appellatione fructuum beneficii, facit quod dicit Covar. hinc citatus in 2. dubio, de anniversario, pro quo relictum est tantum Canonicis, quæ videas.

Primum dubium, sunt viginti Canonici, seu plus minusve, ex quibus decem absunt, qui amittunt decem portiones, utrum unus ex iis lucretur aliquot ex novem illis portionibus & econtra?

contra? Ad hoc respondetur ex superioribus quod si sunt ex noviter constitutis, nec illis, nec presentibus accrescunt: si sunt ex antiquioribus etiam respondetur negativè quoad absentes. Ratio est, quia non debet quis locupletari cum aliena jactura, & denarium debetur illi ex condigno, qui portavit pondus diei, & factus, ut in Evangelio *Mat. cap. 20.* & ita servatur in praxi Beneventi, & in Archiepiscopatu, & in aliquibus Collegiatis Ecclesijs.

Secundum dubium, est aliquod anniversarium, vel funerale, vel quid hujusmodi in aliqua Ecclesia celebrandum, in quo relictum est tantum pecuniæ quantitatis, cum hoc, ut omnes Canonici ibi assistant, dum divina celebrantur officia, deficiunt aliqui, utrum portiones absentium debeant dividi inter presentes? Ad hoc respondetur ex Covar. *lib. 3. cap. 13. num. 7. var. resolut.* quod quando relictum est, ut cuique Canonico, sive alijs qui presentis sit, detur certa & definita quantitas, quod tunc pars quæ non datur absenti, non dividitur inter presentes, & sic videndum esset statutum, sive legatum, quia ex facto oritur jus; si verò simpliciter, ut dividatur inter Canonicos, tunc portiones absentium accrescunt interessentibus, & sic videtur dicere gloss. *in d. Clem. 2. in ver. pars dimidia, & in ver. & scias.* Rebuff. *pract. benef. in tit. de dispens. non resid. num. 10. & 11.*

Ad quintum. Privilegium distributionum quotidianarum est, ut non teneantur, qui eas percipiunt, tribuere Seminario, ita fact. Congreg. *in declarat. 338.*

& cum loquatur indistinctè, intelligendum est de omnibus tam de antiquis, quàm de noviter fundatis, & sic ubi non essent nisi quotidianæ distributiones, quia tunc non teneretur solvere quid, vel contribuere Seminario, ut est Beneventi. Vide multa de hac materia in Boer. *dec. cit. nec computantur in fructibus, Caputaq. dec. 263.* nec veniunt in condemnatione fructuum, intellige de illis, quæ singulis diebus distribuuntur interessentibus: secus autem si in fine anni totæ simul, idem *decis. 26. p. 2.* Vide Gemin. *in cap. fin. versi. ex his inferitur, de offi. ordin. lib. 6. & melius in cap. quia per ambitiosè, notab. 6. de rescript. li. 6.* ubi dicitur, venire appellatione fructuum, & sic debere exprimi in valore beneficij; intellige de istis, qui veniunt in massam, communem; quia in notabili antecedenti dicit, quod absens causa studij non percipit distributiones quotidianas, sed quando sunt, percipiuntur; ergo loquitur de illis quæ indies distribuuntur inter presentes.

DEFENSIONES.

Primo, an possit reus renunciare defensionibus, vide *in versi. heretici, §. 18.* Vide omnino Jasonem *in l. si quis in scribendo, n. 15. ver. item adde, de pact.*

Secundò, in criminalibus dantur etiam post sententiam condemnatoriam, Foll. *pract. crim. f. 17. n. 8.*

Tertiò, defensiones probantur per testes conjunctos, fœminas, & per præsumptiones, idem *ubi supra, num. 13.*

Quartò, de defensionibus vide eund. *ubi supra à n. 176. & infra.*

X

Quintò